UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LXII. Der Abt und Convent des Stiftes regulirter Domherren zu Sagan schließt mit dem Karthause zu Frankfurt eine geistliche Verbrüderung, am 1. September 1457.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55508

Visual Library

LXI. Bruder Thimotheus und Bruder Conrad, Priore der Karthäuſer-Klöſter bei Roſtock und Rügenwalde, genehmigen unter Beſtätigung des General-Capitels eine durch Veränderung der Mauer erwirkte Erweiterung des Spazierganges für die Mönche des Karthauſes bei Frankfurt, am 8. September 1456, beſtätigt von dem Generalprior des Ordens den 16. Mai 1457.

Nos fratres Thimotheus domus legiſmarie prope Roſſtock et Conradus domus legiſmarie prope Rugenwalde, priores ordinis carthuſienſis, domum Miſericordie dei prope frankenford ordinarie viſitantes, Conperimus quod prior eiuſdem domus loco ſepis, qua eadem domus erat circumſepta, parietem de nouo ex argilla, paleis et lignis conſtruxerat Et in quibuſdam locis caſu modicum prefixos terminos exceſsum eſset. Ita ut vltra terminos ſolitos ad paſsum pedis paries prefatus in quibuſdam locis uel modicum vltra extenſum eſset, Inſuper in ſpacianenti circa oderam verſus orientem ſolitis terminis modicum ſpacium additum fuit ob aliquam commoditatem a conſulatu vicine ciuitatis, quod et pro nunc foſsatis competentibus eſt conjunctum terminis monachorum. Ea propter ſupplicauit nobis venerabilis pater prior eiuſdem domus vna cum conventu ſuo, vt prefata ſpaciola ob ſerenitatem conſcientiarum conſeruandam ſolitis et alias conceſſis terminis monachorum iungere dignaremur. Nos igitur attenta eorum humili et rationabili petitione, eadem ſpaciola ſic, ut prefertur, addita tam infra ſepta monachorum quam etiam in ſpaciamenti terminis eidem domui pro monachis alias conceſsis adiunximus et adiungimus per preſentes, Humiliter ſupplicantes Reuerendo in chriſto patre domino franciſco, priori maioris domus carthuſie, Totique capitulo generali, vt prefatam noſtram conceſſionem et adiunctionem videre noſtro rationabiliter factam ratificare et confirmare dignetur. In cuius rei teſtimonium Sigilla domorum noſtrarum preſentibus ſunt impenſa, Sub anno domini 1456, Ipſo die natiuitatis beate marie virginis.

Nos frater franciſcus, prior domus Carthuſie, Ceterique diffinitores capituli generalis Ordinis noſtri Carthuſienſis predictos terminos ſic, ut premittitur, ampliatos et dilatatos, reſpectibus quibus ſupra laudamus, approbamus et auctoritate noſtri capituli generalis confirmamus. In cuius rei teſtimonium Sigillum dicte domus noſtre carthuſie duximus appendenda. Datum Carthuſie, Sedente noſtro capitulo generali, die XVI menſis Maii, Anno domini M. CCCC. LVII.

Nach dem Copialbuche des Karthäuſer-Kloſters, No. 75.

LXII. Der Abt und Convent des Stiftes regulirter Domherren zu Sagan ſchließt mit dem Karthauſe zu Frankfurt eine geiſtliche Verbrüderung, am 1. September 1457.

Honorabilibus et Religioſis dominis et fratribus Priori et Conuentui domus Miſericordie dei, Carthuſienſis ordinis prope Frankenford, lubucenſis dyoceſis, frater Symon, abbas, Totusque Conventus canonicorum regularium in Sagano, wratislawienſis dyoceſis, Sincere dilectionis affectum piarumque orationum ſuffragium ſalutare. Quum ſecundum apoſtolum omnes vnum corpus ſumus in chriſto, debemus karitatis operibus feruenter intendere, ne ſcindamur ab huius cor-

poris vnitate; placuit ergo nobis omnibus et meruit hoc veſtre deuocionis affectus, quem ad nos noſtrumque monaſterium in iheſu chriſto geritis, Recipere vos et omnes veſtros poſteros ad veram vnionem, ſocietatem et firmitatem domus noſtre, ex ſingulari karitatis ſcintilla, participes vos reddimus tam in vita quam in morte omnium bonorum operum, ſcilicet orationum, miſsarum, elemoſinarum, vigiliarum, diſciplinarum, Ceterorumve bonorum, que diuina miſeratio apud nos et per nos dignabitur operari, Que vobis in profectum animarum conuertere omnipotentis dei miſericordia de ſua bonitate dignetur. Miſſam tamen vnam ſpecialem, quam omni die per anni circulum pro remedio animarum fratrum noſtrorum illo anno defunctorum decantare ſolemus, vobis et ſucceſſoribus veſtris ad ſalutem veriſimiliter provenire ſperamus. Supplicamus igitur quatinus caritatis viciſſitudine bonorum operum, que clemencia iheſu chriſti per vos et totum ordinem carthuſienſem dignabitur operari, Nos poſteroſque noſtros Juxta conſuetudinem ordinis veſtre participes facere velitis, Deumque pro ſancte religionis felici incremento iugiter exorare. Data Sagani, anno Domini **1457**, Ipſo die Egidii abbatis, in capitulo noſtro annuali abbaciali, Sub Sigillo in teſtimonio premiſſorum preſentibus ſubappenſo.

Nach dem Copialbuche des Karthäuſer-Kloſters No. 80. Axungiae Hist., p. 27.

LXIII. Dietrich Brederlo zu Hohen-Jehſar genehmigt, daß ſein Richter daſelbſt eine dem Karthäuſer-Kloſter verkaufte Rente wiederkäuflich auf das Gerichte lege, am 21. Dezember 1457.

Ich diderich bredirlo, zcu hogen Jeſsir beſeſsen, bekenne In deſseme meynem offen briſe vor mich, meyne erben vnd nachkomen, beleente hern des dorſs hogen Jezir, das ich myt wolbedachten mutte lorencz lodewich, meynen richter zcu hogen Jeſsir, vor ſeyne anlangende not gegunth vnd zcugeſtanden habe vnd in kraſt diſs meynes offen briſs vulborte vnd gunne, das her vor ſich, ſeyne erben vnd nachkomelinghe dem erwerdighen hern, her Johannes buſſe, Altariſten zcu frankenforde, vorkouſt hot vnd in kraſt diſs briſes vorkouſt Eyn ſchok renthe Jerlicher czinſe vf winachten, ane allerley hinderniſs vnd Intracht czu beczalen In eynes rechten widderkouſs weyze, vmme vnd vor czehn ſchock gr. an phenninghen werunghe diſser lande, uf das gerichte des egnanten dorſs czu hogen Jeſsir vnd uf alle zcubehorunghe deſselbigen gerichtes, Das her itzund beſitczet, So das her, ſeyne erben vnd nachkomelinghe daſselbe ſchok reente vmme czehen ſchok gr. an pfenninghen widder abekouffen mogen, wen is ym bequeme iſt vnd zcu rathe wirt, vnd das den Cartheuſern vor franckenforde, dy daſselbe vorgnante ſchok geldes Jerlicher renthe nach her Johannes buſsen tode uſheben ſullen, eyn virteil Jares vor dem czinſstage uſſaget vnd leſset yn wiſen vnd denne vf denſelben tag, vf den is uſgeſagt iſt, dy hobtſumme myt dem vorſeſsen czinſe van dem Jare In eyner ſumme beczalet. Werden abir dy vorgnanten czinſe, ſo alſe vorgeſchreben iſt, nicht gegeben, ſo mogen ſye vnnd ſullen die manen gleich meynen czinſen, Dor wil ich czu helfen, alſo gevache, alſe des behuf vnd not wert. Ouch globe ich, ob dy czinſe uf den gnanten tag nicht gegeben worden vnde er kein